



Zur  
Gräfl. vom Hagen'schen  
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN  
gehörig.

N<sup>o</sup> 1415

21  
we



15  
IO. FRIDERICI HERTELII, D.

ANTECESSORIS SALANI,

CODICIS ET NOVELL. PROF. PVBLICI, CVRIAE PROVINC. SAXONICAE

COMMVNIS ASSESSORIS ORDINARII, FACVLT. IVRIDICAE ET SCA-

BINATVS SENIORIS, ILLIVSQVE H. T. DECANI,

---

PROGRAMMA INAUGVRALE

DE

REBVS MERAE FACVLTATIS

STILI SATYRICI,

---

Von der

Erlaubten lustigen und spizigen Schreib-Art,

---

NOBILISSIMI SVMMORVM IN IVRE HONORVM

ET PRIVILEGIORVM CANDIDATI

IOANNIS ARNOLDI DIETERICI SCHOOFFII,

SVSATO - WESTPHALI,

---

DISPVTATIONI INAUGVRALI

DE

ABVSV RERVM MERAE FA-

CVLTATIS IN FORO GERMA-

NICO PRAESERTIM FEVDALI,

PRAEMISSVM.

---

IENAE LITTERIS RITTERIANIS.







**R**es meræ facultatis vario sensu intelligitur; nobis in præsentiarum accipitur pro facto libertatis naturalis, vel etiam iuris singularis civitatis aut universitatis, cuius intuitu alter non habet jus cogendi aut prohibendi sive impediendi, neque ex illo alteri acquiritur actio, exceptio, vel replicatio in foro civili, adeoque nec ullo tempore potest præscribi. a)

Interim in rebus meræ facultatis possessio per usum solitarium, etsi longissime exercitum, non acquiritur, nisi per prohibitionem, si alter in ea adquiescat; b) ubi tamen longo tempore opus non est. Vicissim res meræ facultatis solo non usu non extinguuntur, quamvis longissimum & immemorabile tempus accesserit. c)

Satyra, græcis *σάτυρα*, dicitur carmen varium, & copiosum, hominum vitia liberius perstringens: ideoque a petulantia satyrorum nomen ei factum videtur. Quanquam non satis conveniat inter doctos & principes quidem, utrum, quando de *Lucilii, Horatii, Persii, Juvenalis, &c.* carminibus sermo est, Satyra, an vero satura, sive *Satira* scribendum sit? *Isaacus CASAVBONVS*, qui unus omnium de Poësi satyrica quam accuratissime duobus libris scribit, omnibus modis pertendit, *satiram* sive *satiram*, non vero *satyræ* scribendum esse. Cum *Casavbono* etiam facit *SCALIGER ad Lib. V. Manilii*. At vero *Danieli HEINSIO Lib. I. de Satyra Horatiana*, nihil sollicitanda communis ac recepta hujus vocabuli scriptio, quæ per y fit, videtur. d)

Praxe-

a) Conf. Dn. LEYSER. *medic. ff. specim. 462. spec. 1. 2.* ubi cum *GRIENERO tom. 4. opuscul. iur. publ. S. 4. §. 19. seqq.* explodit definitiones a *Grotio, Vinnio, Hubero, Siruvio, Titio, Thomasio, de Toullicu;* nec non a *MEVIO P. 1. Dec. 60. COCCIO Diss. de reb. mer. facult. §. 6.* et *LYNCKERO analect. ad Siruv. L. 47. ff. 1. 3. §. 22.* ibique *Emend. pag. 50.* traditas:

b) vid. *LEYSER d. l. medic. 3. seqq.*

c) *IDEM d. l. medic. 6.*

d) Vid. *Basil. FABRI thesaur. lingue latinæ, cum notis BVCHNERI et GESNERI.*







contraria eradicanda, cordate adprobant, commendant, suadent, & non dubitant ipsi exercere. *h)*

Verum enim vero requiritur naturalis aptitudo ad hujus rei merae facultatis exercitium, nec omnibus licet adire Corinthum. *i)*

Requiritur itaque ingenium temperamenti hilaris & arguti; nam triste, melancholico-phlegmaticum nimis coacte ad hunc stilum se applicabit, ceu asinus ad lyram. Quod si tamen inclinatio naturalis adsit, dubitare nolim, quin ars adjuvet naturam, atque cultura & exercitatio magis magisque perficiat linguam & calamum.

Rationæ *etatis* nulla adparet differentia ratio: nam qui *senibus* autoritate gravibus atque venerabilibus hunc emendandi modum vitio conantur vertere, pro vanissimis non immerito habentur.

*Contra quos* adhibenda sit hæc mera facultas? jam antea monuimus. Nimirum regulariter contra homines vitiosos & insipidos in thesi, abstrahendo a personis certis in hypothesi; nisi & ipsi ansam præbuerint jure talionis sese defendendi. *k)*

Quodsi tamen competat potestas in homines maleferiatos, verbi causa, in servos & famulos, liberos & pupillos, conjuges, discipulos, subditos, & similes, tunc nullus dubitaverim, quin in illos quoque exerceri possit, loco & tempore conveniente, mera facultas stili satyrici.

*Versatur* stilus satyricus potissimum, quod ex superioribus constat, circa *deliquia morum & intellectus*; Vix tamen quadrat ad negotia seria & publica: Nam hilares joci & argutae irrisiones contemptum magis, quam pudorem excitabunt. Sic negotiis status & curiis sive orationibus & scriptis magistratuum vix *vsitatus* est stilus satyricus. *l)*

In

*h)* Ut: Chr. THOMAS. *monat. Unterved. G. PASCH. tract. de var. mod. moral. tractand. c. 3. § 7. p. 240. AUCTOR der unparih. Gedanck. tom. 2. præf. 19. Conf. BESOLD. thes. pract. voc. Paßquill. p. m. 722.*

*i)* Vid. DN. HALLBAVER *reutsche Oratorie. part. 2. c. 3. §. 6. n. 12. ubi adducuntur var. scriptor.*

*k)* *Jx. tot. tit. ff. Quod quisque jur. in alt. stat. ut ips. eod. jur. utatur.*

*l)* Vid. HALLBAVER. *Anleit. zur polit. Beredsamkeit, c. 2. §. 49.*



In concionibus publicis e suggestu juxta prudentiam homileticam eodem sobrie utendum est; *m*) alias facile est, ut hæc mera facultas degeneret & referatur inter prohibita delicta tam *Concionatorum*, quam *Advocatorum*. *n*)

*Modus & Forma* hujus facultatis meræ consistit, in mixtura hilaritatis & acuminis mordentis; Verba nec nimis solennia sint, nec nimis popularia, connexio realis; numeras nec adeo affectatus, neque plane neglectus. Linguae genius liber est, nec vernacula adstrictus, admittens etiam vocabula exotica seu voces notorias peregrinas, pro re nata, si rem melius exprimunt. In genere convenit, sermones esse pungentes. *o*)

*Finis & Effectus* fere coincidunt: nam quod primum est in intentione, id ultimum est in executione. Nimirum hoc est genuinum de scriptis satyricis axioma: *Quoties* quis satyram scribit, *toties*, si scribat generatim, non injecta ullius personæ mentione, injuriarum non tenetur; quia animo corrigendi & emendandi scripsisse præsumitur: generatim facta reprehensio nullius personæ injuria est; Imo talis correctio morum & vitæ species est eleemosinæ. *can. Et qui emendat. ii. dist. XLV.* & dulcior est religiosa castigatio, quam blanda remissio, *can. Non osculatur. 3. caus. V. qu. 5.* qui tum irascitur, sui ipsius accusator est. *Quoties* autem quis scripturam ad certæ personæ ignominiam, sive directe, sive oblique, pertinentem confecerit, id quod jurejurando explorari quam facillime potest; *toties injuriarum tenetur.* *p*)

*Catalogum* scriptorum *satyricorum* recenset *Mart. LIPPE- NIVS*, *q*) inter quos non infimo loco collocandi *Christ. WEISE*, *r*)

) ( 3 Tra-

*m*) HALLBAVER. *teutsche Oratoric. c. 1. p. 506.*

*n*) Vid. LEYSER. *med. ff. specim. 547. & 548.* Add. REINKING. *de R. S. & E. lib. 3. tit. 2. c. 2. h. 4. §§.* HARPRECHT. *comm. ad s. Non solum. ii. Insti. de injur. n. 31. seqq.*

*o*) Vid. HALLBAVER. *d. p. 506.*

*p*) Vid. BERGER. *Elect. Jurispr. Crim. membr. 3. §. 11. p. m. 86. seq.*

*q*) in *Bibliotheca philosophica. voc. Satyræ.*

*r*) in *Bericht vom politischen Nafcher. 12. 1680.* ubi ostendit usum legendi eiusmodi scripta satyrica.





Trajanus BOCCALINI, s) Philander von SITTEWALD, t) & alii. Recentiora specimina edidit celeberrimus, dum viveret, Iureconsultus Nic. Hieron. GUNDLINGIVS. u)

Ad *Contraria* referri posse videntur Constitutiones Imperii, præsertim *Ordinatio Criminalis Caroli V. art. 110. Recess. Imp. de anno 1577. tit. 37. §. Und setzen. junct. Rec. Imp. de anno 1530. §. Wir haben. vers. die Prediger. & Rec. Imp. de anno 1542. §. Damit aber.* At enim vero salva res est: Nam *Constitutio Criminalis* coercet *Delictum Famosi Libelli*, quo certæ personæ obicitur *crimen famosum*, præsertim *suppressio Auctoris nomine*, illudque publice divulgatur; x) a quo maxime differt Pasquillus. y) Reliquæ Constitutiones prohibent injurias simplices, quibus homines certi contumeliosius ex affectu privato & animo injuriandi doloso, qui constituit rationem formalem injuriæ, afficiuntur; id quod aliquando fit ab Ecclesiæ ministris, usu elenchico & epanorthotico abutentibus in suis concionibus; z) quamvis contra hos animus injuriandi evidentissime sit probandus. a)

Inter *Similia* igitur sive *Affinia* licet referri possint *Famosus Libellus*, quatenus jam descriptus est; *Pasquillus*, quo non obicitur crimen famosum, sed alterius mores, defectus animi aut corporis, aut natalium, aut alius navus falsæ & probrose perstringuntur & imputantur; & *injuria scripta* simpliciter sic dicta: quæ sub nomine injuriæ in genere comprehenduntur. *Crassum* tamen errant errorem, qui *satyras*, sive *scripta satyrica* cum: *famosis libellis, mit fameusem Pieces volantes*, temere commiscunt &

- e) *Relationes aus dem Parnasso, samt dem polirischen Probier-Stein.* 4. 1655. Ejusd. des Apollo geheime Schreibkammer. 24. 1661.  
 f) Sive IO. MICH. MOSCHEROSCH. *Wunderliche, satyrische und Wahrhaftige Geschichte.* 8. 1650.  
 g) Vid. N. H. GUNDLINGS *satyrische Schrifften.* 8. 1738.  
 h) Vid. Dn. KRESSIVS, LVDOVICI, ZIERIZ, CLASEN, BLUMBLACHER, STEPHANI, REMVS, & al. DD. ad d. *Const. Crim. art. 110.*  
 i) Vid. B. de LYNCKER. *analect. Inst. l. 4. t. 4. §. 1. & ad Dessel. l. 5. t. 36. qu. 2. KRESS. ad d. Const. Crim. art. 110. §. 1. n. 4.*  
 k) Vid. CARPZOV. 2. *quest. crim. 96. n. 19. REINKING. de R. S. & Eccles. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 7. seqq. HARPRECHT. comment. ad §. Non solum. 11. Inst. de injur. p. 31. seqq.*  
 l) MONTE BERLICHIO *par. 5. concl. 60. num. 8.*



& confundunt, quippe quæ plane non quadrant ad genus injuriarum, neque pœnæ subjacent aut juri Confiscationum. b)

Ceterum non solum *Pœtis*, quibus & pictoribus, fingere & pingere qualibet licet, sed & *Historicis*, *Philologis*, *Mythologis*, *Comœdis*, *Romanensium scriptoribus*, *Românen-Schreibern*, *Ephemeridum collectoribus*, *Journalisten*, *Philosophis*; sed & *Medicis*, *Jurisprudentibus*, imo & *Theologis* c) competit libertas sive *mera facultas-stili satyrici*, præsertim in *polemicis* realium Controversiarum.

Hic moveri & enodari posset Juridico-Practica Quæstio: An Manuscripta Satyrica, antequam lucem publicam adspexerint, eorumque jurata manifestatio, sub comminatione executionis militaris, extorquere, eorumque Autorem pro famosi libelli scriptore, causa nondum, ne quidem summariter, cognita, protinus tanquam confessum & convictum, declarare & quasi condemnare, consueto Processui, sive *Delatorio*, sive *Inquisitorio*, nedum *Accusatorio* conveniat? Sed ad hujus quæstionis ventilationem alia fortassis dabitur occasio.

Ansam hujus thematis, Programmati inaugurali præmittendi, præbuit Nobilissimus atque Doctissimus Jurium Candidatus

**IO. ARNOLD. DIETERIC. SCHOOFFIVS,**  
SVSATO - GVESTPHALVS,

QVI sub moderamine & Præsidio Illustris Consilarii Aulici IO. GEORGII ESTORIS, Collegæ nostri multis nominibus colendi, in Cathedra JCo- rum *Res Meræ Facultatis in foro Germanico contra abusum*, per Dissertationem, quam dicimus inauguralem, strenue propugnabit.

Sed

b) Vid. B. BERGER. *Elect. Jurispr. Crim. membr. 3. §. 2. p. m. 86. seqq.*

c) Quo spectant B. JOH. LASSENI scripta, Gott. COBERTI *Sonn- und Festtägliche Frühglocke*, und *Vesperglocke*. Ejusd. *Cabinets-Prediger. pars I. & II.* & B. LVTHERI *Schriften*. Sic inter Pontificios clara sunt satyrica scripta P. ABRAHAM de CLARA, ex ordine S. Augustini, Concionatoris quondam Cæsarei, qualia sunt: *Grammatica religiosa, oder geistliche Tugend-Schul.* Colon. 1699. *Reim dich, oder ich liß dich.* ibid. 1702. *Judas, der Eriz-Schelm.* pars I. II. III. & IV. 1709. 1710. *Geistlicher Cramerladen voller Apostolischen Wahren und Wahrheiten.* pars I. & II. 1710. *Huy! und Psuy! der Welt.* 1710. *Woblangefüllter Weinkeller mit einem geistlichen Geseng.* Gott. 1710. *Abrahamisch Bescheid-Essen.* 1719. *Abrahamische Lauber-Hüne.* pars I. 1721. pars II. 1722. pars III. 1723. *Abrahamisch Gehab dich wohl, oder Ubrlaube.* 1729. *Ejusdem laboris esse videtur Centifolium Sculptorum in Quarto, oder hundert ausbündige Narven in Folio.* 1709. Cui similis est *Alb. JOH. CONLING. die Thorheit der Närrinnen.* pars I. 1710. pars II. 1711.



Sed & pro more recepto vitam & studia Eiusdem præmittere decet. Est enim honestis parentibus natus Susati Guesstphaliæ civitate A. O. R. c. 1700. Pater ipsius est Consultissimus IO. LAVRENTIUS SCHOOFF, I. V. D. Potentissimi Regis Borussiae Advocatus ordinarius & fisci in Ecclesiasticis. Mater est matrona omnibus sexus sui virtutibus ornatissima, MAGDALENA CATHARINA RETTBERGIA. Hi bonorum parentum officium secuti, omnem curam & operam eo direxerunt, ut filium suum bonæ indolis in addiscendis artibus liberalibus probe educarent; quo nihil ipsi amabilius contingere potuisset. Propravit itaque, crescentibus ætatis viribus, ad patrium, quod Susati est, Archi-Gymnasium, ad nutum illorum, paratissimus, ut humaniora addisceret, & ad studia se præpararet academica, atque hisce sese redderet aptiorem. Ex consilio parentis sine ulla hæsitacione Juridico se consecravit studio, ideoque valedicens studiis Gymnasii patrii, almam hanc Salanam, votivis parentum appreciationibus, petiit, ubi anno post nativitatem Christi c. 1736. d. 19. Octobr. Academiæ falces tunc temporis gerente Viro Magnifico & Summe Reverendo Consiliario Ecclesiastico WALCHIO, quæsiturus celeberrimorum atque doctissimorum docentium informationem fidelem ac solidam; neque spem ipsum fefellisse, ovans recordatur. In studiis itaque Philosophicis, quæ viam ad jurisprudentiam parant, laudat ductorem B. HERZOGIVM; & post ejus præmaturum obitum, M. CORVINVM, quorum uterque nunc inter cœlites triumphat. In studio Historico celebrat Consultissimum & Excellentissimum nostrum BVDERVM, de cujus solida prælectione egregia se percepisse, deprædicat. Huic jungit Consultissimum HEIMBVRGIVM, cui ea, quæ sibi ex *Historia Juris* cognita sunt, se debere lubens proficitur. In *Juris Civilis* studio deprædicat Illustris Consilii Aulici SCHAYMBVRGII dexteritatem, qui & in *Præcisiis* & *Relatoriis* eum probe instruxerit. Nominat quoque Præceptores, Consultissimum D. MOTERV M, Curia Provinc. Sax. comm. Advocatum, nec non D. STENGERVM, Jura non sine applausu docentes. Dehinc in *Juris Canonici*, *Germanici*, & *Criminalis* studio, celeberrimi ENGAVII, Collegæ nostri honoratissimi, fidelem & proficuum industriam laudibus ornat. Tandem *Juris Feudalis* atque *Publici* profectus in acceptis refert Illustris ESTORI, sub cujus Præsidio, ceu jam supra indicavi, proximo d. 7. Nov. Dissertationem inauguralem *de Abusu Rerum mere Facultatis in Foro Germanicæ, præsertim Feudali*, in acroatorio Jureconsultorum publice defendet, postquam examini bus consuetis talem se præstitit Candidatum, quem unanimibus votis dignum censeremus, ut ad specimen hoc publicum edendum, & dehinc ad Gradum Juris Supremum ejusque Privilegia suscipienda admitteretur.

Hanc igitur panegyricam ut splendida sua præsentia illustriorem reddere haut dedignentur Magnificæ Academiæ Pro-Rector, Illustrissimi Comites, Proceres Lycei nostri celeberrimi, Hospites litterarum ordinis honoratissimi, nec non generosa atque nobilissima Studiosorum corona, Ordinis nostri Juridici nomine observanter & decenter rogantur. P. P. in Academia Jenensi d. 4. Novembr.

A. O. R. c. 1736. XXXIX.

(L. S.)



155053

8


AB 155053

Kil 468 nd









B.I.G.

Farbkarte #13

15

HERTELII, D.  
IS SALANI,  
I, CVRIAE PROVINC. SAXONICAE  
I, FACVLT. IVRIDICAE ET SCA-  
IVSQQVE H. T. DECANI,

NAVGVRALE  
FACVLTATIS  
FYRICI,

er  
pizigen Schreib-Art,

I IN IVRE HONORVM  
I CANDIDATI  
ETERICI SCHOOFFII,  
TPHALI,

INAVGVRALI  
I MERAЕ FA-  
ORO GERMA-  
IM FEVDALI,  
S V M.

RITTERIANIS.

